



PRECES DICENDÆ
IN EXERCITIIS
ORATORII.

PRECES DICENDÆ
IN EXERCITIIS ORATORII
AD USUM
CONGREGATIONIS NOSTRÆ.

BIRMINGAMÆ CICCI.

INDEX.

Index,	v.
Instructiones Particulares,	vii.
	
Feria II., <i>Litaniae de Sancto Philippo</i> ,	III.
Feria III., <i>Litaniae Sanctissimi Nominis Iesu</i> ,	VII.
Feria IV., et in Festis B.M.V., <i>Litaniae Beatæ Mariæ Virginis</i> ,	XI.
Feria V., <i>Litaniae Sanctorum</i> ,	XV.
Feria VI., et in Feria IV. Cinerum, et per totam Hebdomadam Sanctam, <i>Exercitium Passionis</i> ,	XXI.
Preces Finales Quotidianæ,	XXV.
Antiphonæ Beatæ Mariæ Virginis,	XXVII.
	
Preces in Initio Congregationis,	XXXI.
Preces in Conclusionem Congregationis,	XXXIII.
Gratiarum Actio post Electiones Trienniales,	XXXV.
Tempore Sedis Apostolicæ Vacantis,	XXXVII.

INSTRUCTIONES PARTICULARES AD EXERCITIA ORATORII.

Exercitia Oratorii tenentur quotidie a Feria II ad Feriam VI inclusive, exceptis hebdomadis Octavarum Paschatis et Nativitatis Domini, sed et duobus diebus ante Cineres, necnon inter Solemnitatem Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis et Festum Exaltationis Sanctæ Crucis.

Quæ quidem exercitia omittuntur cum minus quam quattuor sodales etiamsi tyrones adsint. Diebus autem festis, cum Missa solemniter celebrari solet, loco Exercitiorum aut canuntur aut recitantur Vesperæ tam Primæ quam Secundæ.

Preces diurnales reguntur ab Hebdomadario, qui ex presbyteris et diaconibus Congregationis iuxta ordinem senioritatis eligitur. Si autem hebdomadarius cuiusquam hebdomadæ abest, munus suum adimpleat quicumque proximus sit secundum ordinem senioritatis.

Ante horam exercitiorum inchoandorum, unus ex tyronibus, vel qui iunior est in Congregatione, omnia in capella S. Philippi parat, luminaria accendendo, genuflexorium ante Altare ponendo, librum exercitiorum aperiendo, et duos cereos in utroque latere Altaris locando.

Intrantes in capellam omnes pavementum osculantur. Tempore statuto, post tempus aliquod orationi mentali deditum, de more circa viginti minutos, ille qui antea omnia preparaverat, cereos accendit, et Hebdomadarium nutu suscitatur ad preces inchoandas. Hebdomadarius, ad genuflexorium accessus, preces ad diem assignatas incipit, deinde precibus quotidianis exercitia concludit.

PRECES DICENDÆ
IN EXERCITIIS
ORATORII.

LITANIÆ DE SANCTO PHILIPPO.

I. SUPPLICATIO AD DEUM.

Kýrie eleïson.

Christe eleïson.

Kýrie eleïson.

Christe áudi nos.

Pater de cælis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spíritus Sancte Deus,
Sancta Trínitas, unus Deus,

℟. Kýrie eleïson.

℟. Christe eleïson.

℟. Kýrie eleïson.

℟. Christe exáudi nos.

℟. Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

II. INVOCATIO AD VIRGINEM.

Sancta María,

Sancta Dei Génatrix,

Sancta Virgo vírginum,

℟. Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

III. INVOCATIO AD PATRONUM.

Sancte Philíppe,

Vas Spíritûs Sancti,

Apóstolus Romæ,

Consiliárius Pontificius,

Vox fatídica,

Vir prisci témporis,

Sanctus amábilis,

Heros umbrátilis,

Pater suavíssimus,

Flos puritátis,

Martyr caritátis,

Cor flammígerum,

Diskrétor spirítuum,

Gemma sacerdotum,

Vitæ divínæ spéculum,

Spécimen humilitátis,

Exémplar simplicitátis,

Lux sanctæ lætitiæ,

Imágo puerítiæ,

Forma senectútis,

Rector animárum,

℟. Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Piscátor fluctuántium,
Manudúctor pupillórum,
Patrónus tuórum,
Hospes Anglórum,
Qui castitátem adoléscens coluísti,
Qui Romam divínitus petiísti,
Qui multos annos in catacúmbis delituísti,
Qui ipsum Spíritum in cor recepísti,
Qui mirábiles écstases sustinuísti,
Qui párvulis amáncer serviísti,
Qui peregrinántium pedes lavásti,
Qui martýrium ardentíssime sitiísti,
Qui verbum Dei quotidiánum distribuísti,
Qui tot corda ad Deum allexísti,
Qui sermónes dulces cum Mariã contulísti,
Qui emórtuum ab ínferis reduxísti,
Qui domos tuas in omni regióne constituísti,

Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.

IV. CONCLUSIO.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,

R. Parce nobis, Dómine.
R. Exáudi nos, Dómine.
R. Miserére nobis.

V. Ora pro nobis, Sancte Philíppe,
R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

COLLECTA.

Orémus.

DEUS, qui beátum Philíppum, Confessórem tuum, sanctórum tuórum glóriã sublimásti, concéde propítius, ut cuius commemoratióne lætámur, eius virtútum proficiámur exémplo : per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

ORATIO AD SANCTUM PHILIPPUM.

RÉSPICE de cælo Sancte Pater, ex illíus montis celsitúdine in huius vallis humilitátem, ex illo quiétis et tranquillitátis portu in calamitósum hoc mare ; et vide illis benigníssimis óculis quibus huius sæculi discússa calígine clárius ómnia intuéris et perspicias, et vísitá custos diligentíssime, víneam istam quam pósuit et

plantávit dēxtera tua tanto labóre, súde, perículis. Ad te itaque confúgimus, a te opem pétimus, tibi nos pénitus totósque trádimus. Te nobis patrónum et defensórem adoptámus ; súscipe cáusam salútis nostræ ; tuére cliéntes tuos. Te ducem omnes appellámus ; rege contra dáemonis ímpetum pugnántem exércitum. Ad te, pientíssime rector, vitæ nostræ deférimus gubernácula, rege navículam hanc tuam, et, in alto collocátus, avérte omnes cupiditátum scópulos, ut te duce et directóre incólumes ad illum ætérnæ felicitátis portum perveníre possimus.

LITANLÆ SANCTISSIMI NOMINIS IESU.

I. SUPPLICATIO AD DEUM.

Kyrie eleïson.
Christe eleïson.
Kyrie eleïson.

Iesu, áudi nos.

Pater de cælis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spíritus Sancte Deus,
Sancta Trínitas, unus Deus,

II. SUPPLICATIO AD IESUM.

Iesu, Fili Dei vivi,
Iesu, splendor Patris,
Iesu, candor lucis ætérnæ,
Iesu, rex glóriæ,
Iesu, sol iustítiæ,
Iesu, Fili Mariæ Virginis,
Iesu, amábilis,
Iesu, admirábilis,
Iesu, Deus fortis,
Iesu, pater futúri sæculi,
Iesu, magni consílii ángele,
Iesu potentíssime,
Iesu patientíssime,
Iesu obedientíssime,
Iesu, mitis et húmilis corde,
Iesu, amátor castitátis,
Iesu, amátor noster,
Iesu, Deus pacis,
Iesu, áuctor vitæ,
Iesu, exémpLAR virtútum,
Iesu, zelátor animárum,
Iesu, Deus noster,
Iesu, refúgium nostrum,
Iesu, pater páuperum,
Iesu, thesáure fidélium,
Iesu, bone pastor,

R/. Kyrie eleïson.

R/. Christe eleïson.

R/. Kyrie eleïson.

R/. Iesu, exáudi nos.

R/. Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Iesu, lux vera,
Iesu, sapiéntia æténa,
Iesu, bónitás infiníta,
Iesu, via et vita nostra,
Iesu, gáudium Angelórum,
Iesu, rex Patriarchárum,
Iesu, magíster Apostolórum,
Iesu, doctor Evangelistárum,
Iesu, fortitúdo Mártyrum,
Iesu, lumen Confessórum,
Iesu, púritas Vírginum,
Iesu, Coróna Sanctórum ómnium,

Propítius esto,
Propítius esto,

Ab omni malo,
Ab omni peccáto,
Ab ira tua,
Ab insídiis diaboli,
A spírítu fornicatiónis,
A morte perpétua,
A negléctu inspiratiónum tuárum,

Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ,
Per nativitátem tuam,
Per infántiam tuam,
Per diviníssimam vitam tuam,
Per labóres tuos,
Per agoníam et passióem tuam,
Per crucem et derelictiόem tuam,
Per languóres tuos,
Per mortem et sepultúram tuam,
Per resurrectiόem tuam,
Per ascensiόem tuam,
Per sanctíssimæ Eucharistiæ institutiόem tuam,
Per gáudia tua,
Per glóriam tuam,

III. CONCLUSIO.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,

Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.
Miserére nobis.

R/. Parce nobis, Iesu.

R/. Exáudi nos, Iesu.

R/. Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

Líbera nos, Iesu.

R/. Parce nobis, Iesu.

R/. Exáudi nos, Iesu.

R/. Miserére nobis, Iesu.

Iesu, áudi nos.

R̄. Iesu, exáudi nos.

COLLECTA.

Orémus.

DÓMINE Iesu Christe, qui dixisti : Pétite et accipiétis ; quærite et inveniétis ; pulsáte et aperiétur vobis ; quæsumus, da nobis peténtibus diviníssimi tui amóris afféctum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus et a tua numquam láude cessémus.

SANCTI Nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum, quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte, tuæ dilectiόνis instítuis : Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R̄.** Amen.

LITANLÆ BEATÆ MARLÆ VIRGINIS.

I. SUPPLICATIO AD DEUM.

Kyrie eleïson.

Christe eleïson.

Kyrie eleïson.

Christe áudi nos.

Pater de cælis Deus,

Fili Redemptor mundi Deus,

Spíritus Sancte Deus,

Sancta Trinitas, unus Deus,

R/. Kyrie eleïson.

R/. Christe eleïson.

R/. Kyrie eleïson.

R/. Christe exáudi nos.

R/. Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

II. INVOCATIO AD VIRGINEM.

Sancta María,

Sancta Dei Génatrix,

Sancta Virgo vírginum,

Mater Christi,

Mater Ecclésiæ,

Mater Divínæ grátiaë,

Mater puríssima,

Mater castíssima,

Mater invioláta,

Mater intemeráta,

Mater amábilis,

Mater admirábilis,

Mater boni consílii,

Mater Creatóris,

Mater Salvatóris,

R/. Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Virgo prudentíssima,

Virgo veneránda,

Virgo prædicánda,

Virgo potens,

Virgo clemens,

Virgo fidélis,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Spéculum iustítiæ,

Sedes sapiéntiæ,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituále,
Vas honorábile,
Vas insigne devotiónis,
Rosa mýstica,
Turris Davídica,
Turris ebúrnea,
Domus áurea,
Fœderis arca,
Iánua cæli,
Stella matutína,
Salus infirmórum,
Refúgium peccatórum,
Consolátrix afflictórum,
Auxílium Christianórum,

Regína Angelórum,
Regína Patriarchárum,
Regína Prophetárum,
Regína Apostólorum,
Regína Mártyrum,
Regína Confessórum,
Regína Vírginum,
Regína Sanctórum ómnium,
Regína sine labe origináli concépta,
Regína in cælum assúpta,
Regína Sacratíssimi Rosárii,
Regína famíliæ,
Regína pacis,

III. CONCLUSIO.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,

Christe áudi nos.

Ÿ. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.

Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.

R. Parce nobis, Dómine.

R. Exáudi nos, Dómine.

R. Miserére nobis.

R. Christe exáudi nos.

COLLECTA.

Orémus.

CONCÉDE nos fámulos tuos, quáesumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére ; et gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et æténa pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

LITANLÆ SANCTORUM.

I. SUPPLICATIO AD DEUM.

Kyrie eleïson.

Christe eleïson.

Kyrie eleïson.

Christe áudi nos.

Pater de cælis Deus,

Fili Redemptor mundi Deus,

Spíritus Sancte Deus,

Sancta Trínitas, unus Deus,

R/. Kyrie eleïson.

R/. Christe eleïson.

R/. Kyrie eleïson.

R/. Christe exáudi nos.

R/. Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

Miserére nobis.

II. INVOCATIO SANCTORUM.

Sancta María,

Sancta Dei Génitrix,

Sancta Virgo vírginum,

Sancti Míchael, Gábriel et Ráphael,

Omnes sancti Ángeli,

R/. Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Oráte pro nobis.

Oráte pro nobis.

PATRIARCHÆ ET PROPHETÆ.

Sancte Ábraham,

Sancte Móyses,

Sancte Elía,

Sancte Ioseph,

Sancte Ioánnes Baptísta,

Omnes sancti Patriárchæ et Prophétæ,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Oráte pro nobis.

APOSTOLI ET DISCIPULI.

Sancti Petre et Páule,

Sancte Andréa,

Sancti Ioánnes et Iacóbe,

Sancte Thoma,

Sancte Matthæe,

Omnes sancti Apóstoli,

Oráte pro nobis.

Ora pro nobis.

Oráte pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Oráte pro nobis.

Sancte Luca,

Sancte Marce,

Sancte Bárnaba,

Sancta María Magdaléna,

Omnes sancti Discípuli Dómini,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis

Ora pro nobis.

Oráte pro nobis.

MARTYRES.

Sancte Stéphane,	Ora pro nobis.
Sancte Ignáti Antiochéne,	Ora pro nobis.
Sancte Polycárpe,	Ora pro nobis.
Sancte Iustíne,	Ora pro nobis.
Sancte Lauréti,	Ora pro nobis.
Sancte Cypriáne,	Ora pro nobis.
Sancte Valentíne,	Ora pro nobis.
Sancte Geórgi,	Ora pro nobis.
Sancte Bonifáti,	Ora pro nobis.
Sancte Stanisláe,	Ora pro nobis.
Sancte Thoma (Becket),	Ora pro nobis.
Sancti Ioáannes (Fisher) et Thoma (More),	Oráte pro nobis.
Omnes Sancti Mártyres Ángliæ,	Oráte pro nobis.
Sancte Páule (Miki),	Ora pro nobis.
Sancti Ísaac (Iogues) et Ioáannes (de Brebeuf),	Oráte pro nobis.
Sancte Petre (Chanel),	Ora pro nobis.
Sancte Cárole (Lwanga),	Ora pro nobis.
Sanctæ Perpétua et Felicitas,	Oráte pro nobis.
Sancta Cæcília,	Ora pro nobis.
Sancta Agnes,	Ora pro nobis.
Sancta María (Gorétti),	Ora pro nobis.
Sancta Terésia Benedícta (de Cruce),	Ora pro nobis.
Omnes sancti Mártyres,	Oráte pro nobis.

EPISCOPI ET DOCTORES.

Sancti Leo et Gregóri,	Oráte pro nobis.
Sancte Ambrósi,	Ora pro nobis.
Sancte Hierónyme,	Ora pro nobis.
Sancte Augustíne,	Ora pro nobis.
Sancte Athanási,	Ora pro nobis.
Sancti Basíli et Gregóri (Nazianzéne),	Oráte pro nobis.
Sancte Ioáannes Chrysóstome,	Ora pro nobis.
Sancte Martíne,	Ora pro nobis.
Sancte Patríci,	Ora pro nobis.
Sancti Cyrílle et Methódi,	Oráte pro nobis.
Sancte Cárole (Borroméo),	Ora pro nobis.
Sancte Francísce (de Sales),	Ora pro nobis.
Sancte Pie (Décime),	Ora pro nobis.
Beáte Pie (None),	Ora pro nobis.

PRESBYTERI ET RELIGIOSI.

Sancte Antóni,
Sancte Benedícite,
Sancte Bernárde,
Sancti Francísce et Domínice,
Sancte Thóma (de Aquíno),
Sancte Ignáti (de Loyóla),
Sancte Francísce (Xávier),
Sancte Philíppe (Neri),
Sancte Vincéti (de Paul),
Sancte Ioáannes María (Viánney),
Sancte Aloísi (Scrosóppi),
Sancte Ioáannes (Bosco),
Sancta Catharína (Senénsis),
Sancta Brígida,
Sancta Terésia (de Ávila),
Sancta Rosa (de Lima),
Sancta Terésia (a Iesu Infánte),
Beáte Iuvenális (Ancína),
Beáte Antóni (Grassi),
Beáte Sebastião (Valfré),
Beáte Ioseph (Vaz),
Beáte Domínice (Bárberi),

Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Orate pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.

LAICI.

Sancte Ludovíce,
Sancta Mónica,
Sancta Elísabeth (Hungáriæ),
Omnes Sancti et Sanctæ Dei,

Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Ora pro nobis.
Orate pro nobis.

III. INVOCATIO AD CHRISTUM.

Propítius esto,

Ab omni malo,
Ab omni peccáto,
Ab insídiis diaboli,
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte,
A morte perpétua,

Per incarnatióem tuam,
Per nativitátem tuam,
Per baptísmum et sanctum ieiúnium tuum,
Per crucem et passióem tuam,

R/. Parce nobis, Dómine.

R/. Líbera nos, Dómine.
Líbera nos, Dómine.
Líbera nos, Dómine.
Líbera nos, Dómine.
Líbera nos, Dómine.

Líbera nos, Dómine.
Líbera nos, Dómine.
Líbera nos, Dómine.
Líbera nos, Dómine.

Per mortem et sepulturam tuam,
Per sanctam resurrectionem tuam,
Per admirabilem ascensionem tuam,
Per effusionem Spiritus Sancti Paracliti,
Per gloriosum adventum tuum,

Libera nos, Dómine.
Libera nos, Dómine.
Libera nos, Dómine.
Libera nos, Dómine.
Libera nos, Dómine.

IV. SUPPLICATIO PRO VARIIS NECESSITATIBUS.

Ut nobis parcas,
Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris,
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris,
Ut (Domnum Apostolicum et)* omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare digneris,
Ut omnibus in Christum credentibus unitatem largiri digneris,
Ut omnes homines ad Evangelii lumen perducere digneris,
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris,
Ut mentes nostras ad caelestia desideria erigas,
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias,
Ut fructus terrae dare et conservare digneris,
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,

Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.
Te rogamus audi nos.

V. CONCLUSIO.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

℟. Parce nobis, Dómine.
℟. Exaudi nos, Dómine.
℟. Miserere nobis.

Christe audi nos.

℟. Christe exaudi nos.

COLLECTA.

Orémus.

DEUS, refugium nostrum et virtus : adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et presta : ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

* Haec verba omittantur Sede vacante.

EXERCITIUM PASSIONIS.

Iube Domne benedicere.

✠. Pássio Dómini nostri IESU CHRISTI sit semper in
córdibus nostris.

✠. Amen.

RECORDÉMINI, fratres caríssimi, quod Dóminus noster IESUS CHRISTUS fuit pro nobis vénditus, ósculo tráditus, ad Annam primum, et deínde ad Cáipham Pontíficem ductus, et postrémo in Prætórium ad Pilátum ; ubi fuit ad colúmnam ligátus, et flagellátus, spínea coróna coronátus, ac veste purpúrea circúmdatus, álapis percússus atque conspútus, et Iudæis tráditus, ut crucifigerent : ad Calváriæ locum dedúctus, et crucifíxus ; et cum eo crucifíxi sunt latrónes duo, unus a dextris et alter a sinístris : et cum dixisset Sítio, porrexérunt ei acétum ; quod cum accepísset, dixit Consummátum est, et inclináto cápite emísit spíritum (**hic omnes percutiant sibi pectus**). Deínde unus mílitum láncea latus eius apéruit, et continuo exívit sanguis et aqua : et de cruce depósitus, fuit in monuménto novo sepúltus ; tértia autem die resurréxit a mórtuis.

✠. Tu autem Dómine miserére nobis.

✠. Deo gratias.

Servíte Dómino in timóre, et exsultáte ei cum tremóre. Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, et pereátis de via iusta.

PSALMUS L.

Miserére mei Deus : secúndum magnam miseri-córdiam tuam.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum : dele iniquitátem meam.

Ámplius lava me ab iniquitáte mea : et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : ut iustificéris in sermónibus tuis et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo et mundabor : lavabis me et super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam : et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua : et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui : et spiritu principali confirma me.

Docébo iniquos vias tuas : et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae : et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies : et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum, Deus non despicias.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion : ut aedificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta : tunc imponent super altare tuum vitulos.

Glória Patri et Filio : et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper : et in saecula saeculorum. Amen.

PSALMUS CXXIX.

De Profundis clamavi ad te Domine : Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes : in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine : Domine quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius : speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : speret Israël in Domino.

Quia apud Dóminum misericórdia : et copiósá
apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël : ex ómnibus iniquitatibus eius.

Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío et nunc et semper : et in
sæcula sæculórum. Amen.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

COLLECTA.

Orémus.

DEUS qui culpa offéndetis, peniténtia placáris,
preces pópuli tui supplicántis propítius réspice ; et
flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris
merémur avérte. Per Christum Dóminum nostrum.

R̄. Amen

PRECES FINALES QUOTIDIANÆ.

Let us say one *Pater, Ave* and *Glória* according to the intention of our father, and let us pray the Lord to grant us perseverance in His holy service.

Ÿ. Dóminus det nobis suam pacem.

℞. Et vitam ætérnam. Amen.

Deinde dicitur antiphona Beatæ Mariæ Virginis de tempore, ut sequitur.

Let us say one *Pater, Ave* and five times the most holy name of JESUS, for the things recommended to us, and according to the intentions of all the brothers.

Ÿ. Divinum auxiliium máneat semper nobíscum.

℞. Amen.

ANTIPHONÆ BEATÆ MARLÆ VIRGINIS.

I. A PRIMA DOMINICA TEMPORIS ADVENTUS USQUE AD FESTUM PRESENTATIONIS D.N.I.C.

ALMA Redemptoris Mater, * quæ p̄rvia cæli
porta manes, et stella maris, succurre cadenti
surgere qui curat p̄pulo : tu quæ genuisti,
natūra mirante, tuum sanctum Genitorem :
Virgo prius ac postērius, Gabriēlis ab ore
sumens illud Ave, peccatorum miserere.

TEMPORE ADVENTUS.

Ÿ. Angelus Dōmini nuntiāvit Mariæ.

℞. Et concēpit de Sp̄ritu Sancto.

Orēmus.

GRÁTIAM tuam, quæsumus Dōmine, mēntibus
nostris infūde : ut qui, Ángelo nuntiānte, Christi
Fílii tui incarnatiōnem cognōvimus, per passiōnem
eius et crucem ad resurrectiōnis glóriam
perducāmur. Per eūndem Christum Dōminum
nostrum. ℞. Amen.

A VIGILIA NATIVITATIS DOMINI ET DEINCEPS.

Ÿ. Post partum Virgo inviolāta permansisti.

℞. Dei Génitrix intercēde pro nobis.

Orēmus.

DEUS, qui salutis æternæ, beātæ Mariæ virginitate
fecūnda, humano géneri præmia præstitisti : tribue,
quæsumus ; ut ipsam pro nobis intercédere
sentiāmus, per quam meruimus auctorem vitæ
suscipere, Dōminum nostrum Iesum Christum
Fílium tuum. ℞. Amen.

II. POST FESTUM PRESENTATIONIS D.N.I.C. AD FERIAM IV. MAIORIS HEBDOMADÆ.

AVE Regína cælórum : * ave Dómina Angelórum :
salve radix, salve porta, ex qua mundo lux est orta :
gaude Virgo gloriósa, super omnes speciósa : vale, o
valde decóra, et pro nobis Christum exóra.

Ÿ. Dignáre me laudáre te, Virgo sacráta.

R̄. Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Orémus.

CONCÉDE, miséricors Deus, fragilitáti nostræ
præsídium : ut qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam
ágimus, intercessiõnis eius auxílio a nostris
iniquitátibus resurgámus. Per eúndem Christum
Dóminum nostrum. R̄. Amen.

III. A DOMINICA RESURRECTIONIS USQUE AD PENTECOSTEN.

(Stantes.)

REGÍNA cæli lætáre, * allelúia :

Quia quem meruísti portáre, allelúia :

Resurréxit, sicut dixit, allelúia.

Ora pro nobis Deum, allelúia.

Ÿ. Gaude et lætáre, Virgo María, allelúia.

R̄. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

Orémus.

DEUS, qui per resurrectiõnem Fílii tui Dómini
nostri Iesu Christi mundum lætificáre dignátus es :
præsta, quæsumus ; ut per eius Genitricem
Virginem Mariam perpétuæ capiámus gáudia vitæ.
Per eúndem Christum Dóminum nostrum.
R̄. Amen.

IV. POST PENTECOSTEN USQUE AD FERIAM VI. ANTE ADVENTUM.

SALVE Regína, * mater misericórdiæ : vita, dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, éxsules, filii Hevæ. Ad te suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, Advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui nobis post hoc exsílíum osténde. O clemens : o pia : o dulcis Virgo María.

Ÿ. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spírítu Sancto cooperánte præparásti : da, ut cuius commemoratióne lætámur, eius pia intercessióne ab instántibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

PRECES IN INITIO CONGREGATIONIS.

VENI Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium,
et tui amóris in eis ignem accénde.

Ÿ. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

℞. Et renovábis fáciem terræ.

Ÿ. Meménto congregatiónis tuæ.

℞. Quam possedísti ab inítio.

Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEUS, qui corda fidélium Sancti Spíritus
illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spírítu
recta sápere, et de eius semper consolatióne
gaudére.

ACTIÓNES nostras quæsumus, Dómine, aspirándo
præveni, et adiuvándo proséquere: ut cuncta nostra
orátio et operátio a te semper incípiat, et per te
cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

PRECES IN CONCLUSIONE CONGREGATIONIS.

Ÿ. Tu autem Dómine miserére nobis.

℞. Deo grátias.

Orémus.

DEUS, cui próprium est miseréri semper et párcere, suscipe deprecationem nostram, ut si quid in hac tua Congregatióne erróris contráximus, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Pater noster (*secreto*).

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Érue, Dómine, ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen

Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam,

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEUS véniaē largítor, et humánæ salútis amátor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ Congregatiónis fratres, propínquos, et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Ÿ. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℞. Amen.

GRATIARUM ACTIO POST ELECTIONES TRIENNALES.

TE DEUM laudámus : * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem : omnis terra venerátur.

Tibi omnes ángeli : tibi cæli et univérsæ Potestátes.

Tibi chérubim et séraphim : incessábili voce proclámant.

Sanctus, sanctus, sanctus : Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra : maiestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus : Apostolórum chorus.

Te Prophetárum : laudábilis númerus.

Te Mártyrum : candidátus laudat exércitus.

Te per orbem terrárum : sancta confitétur Ecclésia.

Patrem : imménsæ maiestátis.

Venerándum tuum verum : et únicum Fílium.

Sanctum quoque : Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ : Christe.

Tu Patris : sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptúrus hóminem : non horruísti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo : aperuísti credéntibus regna cælórum.

Tu ad délixteram Dei sedes : in glória Patris.

Iudex créderis : esse ventúrus.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni : quos pretiósó sáanguine redemísti.

Ætérna fac cum Sanctis tuis : in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine : et bédedic hæreditáti tuæ.

Et rege eos : et extólle illos usque in ætérnum.

Per síngulos dies : benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sæculum : et in sæculum sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto : sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine : miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos : quemádmódu sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi : non confúndar in ætérnum.

Ÿ. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

Ź. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Ÿ. Benedictus es, Dómine, in firmaménto cæli.

Ź. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

R̄. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEUS, cuius misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinitus est thesáurus, piíssimæ maiestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes ; ut, qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

R̄. Amen.

TEMPORE SEDIS APOSTOLICÆ VACANTIS.

Post collectam, sed antequam dicitur conclusio, additur,

SÚPPLICI, Dómine, humilitáte depóscimus, ut Sanctæ Románæ Ecclésiæ concédatur Pontíficem illum tua imménsa piétas, qui et pio in nos stúdio semper tibi plácitus, et tuo Pópulo pro salúbri regímine, sit assídue ad glóriam tui nóminis reveréndus.

In Litanis Maioribus omittuntur verba Domnum Apostólicum et.

LAUS DEO SEMPER.

